Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



qui liberasti israel de omni malo qui
fecisti patres electos et sanctificasti
eos. Accipe sacrificium pro universo
populo tuo israel et custodi partem tuam
et sanctifica et congregata dispersione
nostram libera eos qui seruiunt gen
tibus et contemptos et abhominata
os respice ut sciant gentes quoni
am tu es deus noster. Affluere oppri
mentes nos et contumeliam facien
tes in superbia. Constitue populum
tuum in loco sancto tuo sicut dixit
moyses. Sacerdotes autem psallebant
ymnos usque quo consumaretur
esset sacrificium. Cum autem consu
matum esset sacrificium ex reli
qua aqua iussit sacerdos neemias
lapides maiores effundi. Quod ut
factum est. flamma excelsa accensa
est. sed exlumine quod refulsit ab
altari consumpta est ut uero mani
festata est res renuntiatum e regi
persarum quod in loco in quo igne
absconderant hi qui translati fu
erant sacerdotes. aqua apparuit
de qua neemias et qui cum eo erant
purificauit sacrificia. Considerans
autem rex et rem diligenter exami
nans fecit templum ut probaret
quod factum esset et cum probasset
sacerdotibus dedit multa munera
et alia dona et accipiens manu sua
tribuebat eis. Appellauit autem nee
mias hunc locum nephar quod
interpretatur purificatio. nocat
autem apud plures nephi. IIII
Inuenitur autem in descriptione
ieremie prophete quod iusserit
accipere ignem eos qui transmigra
bantur ut sacrificatum est. et ut
mandauit transmigratis et dedit
illis legem ne obliuiscentur pre
cepta domini et ut non errarent
mentibus uidentes simulacra
aurea et argentea et ornamenta
eorum. Et alia huiusmodi dicens
hortabatur ne legem amouerent
a corde suo. Erat autem impa scp
tum quomodo tabernaculum et ar
cham iussit propheta diuino res
ponso ad se facto comitari se cum
usque exiit in montem in quo moy
ses ascendit et uidit dei heredi
tatem. Et ueniens ibi ieremias
inuenit locum speluncae et tab
naculum et archam et altare in
censi attulit illuc et ostium ob
struxit. Et accesserunt simul q
dam qui sequebantur ut notarent
sibi locum et non potuerunt in
uenire. Vt autem cognouit ie
remias culpans illos dixit quod
ignotus erit locus donec congre
get deus congregationem populi
et propitius fiat. Et tunc dns
ostendet hec et apparebit gla
stas domini et nubes erit sicut
et moysi manifestabatur et
sicut cum salomon petiit ut lo
cus sanctificaretur magno de
manifestabat hec et ut sapien
tis optulit sacrificium dedica
tionis et consumationis templi
sicut et moyses orabat ad dnm.

177